

- 9 se deponendum. Communionem de manu Episcopi capiens, antequam capiat ipsam communionem, debet manu Episcopi osculari, non autem anulum; Bauldry in *manuali sacer. caerem. cap. 29. num. 4.* & alii.
- 10 Episcopi inter reliqua sui Ordinis insignia traditos annulos, mille & amplius annorum testimonia habentissimis libris, tum &c. Verba sunt Cardinalis Bonaer. Liturg. leg. 1. cap. 24. §. 18. Item primis etiam ecclesie seculis, Christiani utebantur annulis nuptialibus, quos ferreos fuisse scribit Tertulianus de habitu mulierum, cap. 15. Videndus Clemens Alexandrinus, leg. 3. *Padag. cap. 11.* (Vide add. *hispan. secund. verb. Probatio, & verb. Sigillum, cum leg. 44. tit. 18. part. 3. l. iii. §. lib. 3. For. Reg.*)
- 11 Annullus ferre prohibitus est Clericis, iis exceptis, quibus competit ex officio dignitatis, cap. 15. de vita, & honestate Clericorum. Hic autem, quibus competit ferre annulum ex officio dignitatis, sunt Episcopi, & Abbates, quibus quoque Pontificalium est concessum: Confer Gonzalez, in *disq. cap. 15. de vita, & honestate Clericorum, num. 13.*
- 12 Plura de annulis congerens Kochier in *face histor. cent. 2. cap. 12. & 97.* Henricus Kidsecius de *jure aurei annuli*, Calvin. in *Lexic. & Du-Cange in Glossario ad Scriptores med. & infim. Latinit. verb. Annulus.*
- 13 Annulli tamquam ornamenta pontificalia meminit verus Ordo Romanus, ubi & tres verborum formule, per quas annulus tradit possit, referuntur; quarum sola tertia hodiernis formulæ conformis est.
- 14 Et ante annos mille Concilium Toletanum IV. Can. 28. ornamentis episcopalibus annumeravisse annulum constat: ut proinde hanc caeremoniam jure merito admodum antiquam dicat Morinus, de *sacris ordinat. cap. 2. num. 5.*
- 15 Attamen quia apud Alcinum, Amalarium, & Rabanum de annulo summum est silentium, argumentum est sat plausible, series in Gallia, & Germania fuisse notam hanc caeremoniam.
- 16 Græcos quoque Episcopos annuli usum ignorare, testatur Jacobus Goar. in *notis ad Rituales Græcorum.*
- 17 Quidam sicut de antiquitate hujus ritus, formula, qua utitur Consecrator Episcopos, annulum in digitum annularem dextere manus consecrati immittens, hæc est: *Accipe annulum fidei scilicet signaculum; quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet ecclesiam, intemerata fide ornata, libere custodias.*
- 18 Quoad annulum sponsalium, sive nuptialem, Rituale Romanum prescribit, ut sponsus annulum benedictum de manu sacerdotis acceptum imponat digito anulari sinistrae manus sponse, Sacerdote dicente: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*
- 19 Apud veteres antiquissimus est annuli usus, tam enim apud Romanos, quam apud Hebræos moris fuisse, ut in omni pactione loco arrhæ annulus daretur, ex Plinio, & Historia Sacra; Genesis 38. observat Baroniæ ad annum 57. atque ex hujusmodi usu fluxisse videtur, ut cum spondentur nuptiæ, sponsus, loco arrhæ, sponsæ det annulum.
- 20 Apud antiquos christianos annulis sponsalibus inscriptum fuisse signum fidei, quod est hieroglyphicum amoris, & concordie, monet ibidem Baroniæ.
- 21 Hanc annuli significationem non obscure insinuat Nicolaus I. in responsis ad Bulgaros apud Gratianum, *ed. 30. quest. 5. Canon. 3.* Postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitam desponderit. Et apertus Isidorus apud item Gratianum *ibidem Canon. 7.* Quod in primis nuptiis annulus a sponsa sponse datur, sit hoc nimirum vel propter mutua fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pigmore eorum corda jungantur. Unde & quarto digito annulus idem inseritur, quod in eadem quædam (ut fertur) sanguinis ad cor usque perveniat.
- 22 Eandem mysticam annuli significationem indicat formula traditionalis annuli ex pastoralii mecliniensi, nec non benedictionis, in qua juxta rituale Romanum dicitur: *Benedic, Domine, annulum hunc, quem nos in*

» tuo nomine benedicimus, ut quæ eum gestaverit, fidelitatem integram suo sponso tenens in pace, & voluntate tua permaneat; atque in mutua charitate semper vivat.***

(Inter quinque modos, qui in jure ad sponsalia contrahenda signantur: leg. 2. tit. 1. part. 4. duo ex illis per arrharum dationem, annulique in digito immisionem febant, dummodò intentioni contrahendi, verbis, aut signis expresse, actiones ejusmodi adjungerentur; sicut hic calamus: ne obliviscatur Lector addit. hisp. verb. Arrha; allaque animadvertat, dum, ita Deus faxit, ad verb. Matrimonium, & sponsalia adnotationes præstantur; vide etiam leg. 4. tit. 26. part. 4. in qua, post solemnitatem ad feudi investituram demonstrationem, ipsismet dominum investire vassallum per annulum, chirothecam, aliamve rem quamlibet teneri, asserritur.)

ANNUS.

SUMMARIUM.

- 1 Annus unde sit dictus.
 - 2 Annus ut rectè accipiatur in sacris canonibus, Bullis, decretis, statutis, & similibus est regulandus secundum regulas à Theologis, & Canonistis observatas, ut sequitur.
 - 3 Primò si leges, bullæ, &c. assignent annum in genitivo, ut si dicatur: Ne quid fiat alioquo, nisi fuerit verb. grat. 20. annorum, tunc requiritur annus completus; Sylvester, in *Summa, verb. Etas, quart. 2.* Azorius, tom. 1. *instit. moral. lib. 5. cap. 28. §. Dubia est quæstionis*, Portellus, in *deb. regular. verb. Annus, Lezana, & alii.*
 - 4 Secundò, si assignent annum per accusativum, & præpositionem ad, ut si dicantur ad quatuor annos, sufficit quod sint incepti; leg. Qui filium, ff. ad Trebellianum, & supracitati Doctores.
 - 5 Tertio, si assignent annos in accusativo cum præpositione per, v. gr. si dicatur per septem annos, requiruntur anni completi; leg. Non putabam, & leg. Si annos, ff. de conditione, & demonstratione, & citati Doctores.
 - 6 Quarto, si assignent annos cum præpositione ante, & cum accusativo, v. gr. si dicatur ante annos viginti duos, vel viginti quinque, tunc sufficiens incepti: colligitur ex *Concil. Trident. sess. 23. cap. 12.* ubi assignans annos requisitos ad ordines sacros recipiendos, dicit ante viginti tres, ante viginti quinque, quod de annis inchoatis praxis ecclesie demonstrat.
 - 7 Quintò, si assignent annos cum præpositione in, & accusativo, v. gr. si dicatur post decem annos, tunc intelligendum est de annis completis: colligitur ex *Conc. Trident. sess. 23. cap. 11.* ubi præcepit, ut nulli promoverentur ad sacros ordines, nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum, quod de anno completo per Doctores intelligitur.
 - 8 Sextò, si assignent annum cum præpositione in, & in ablativo, v. gr. si dicantur, quod fataliquid in anno quinto, sufficit annus quintus inceptus, ita ut quocumque die illius quinti anni fieri possit, cum per quemcumque diem sit inchoatus ille annus quintus, dicatur id fieri in anno quinto.
 - 9 Septimò, si in bullis, decretis &c. nulla reperitur aliquando ex supradictis particulis, & res sit dubia, an debeat intelligi de annis inceptis, vel completis: tunc in materia favorabilis sufficiunt anni incepti; & in materia odiosa requiruntur anni completi.
 - 10 Anni initium non ubique eodem tempore, sed diverso pro diversis regionibus, & variis styli calculatur. Antiqui tam Hebræi, quam Ethnici incipiebant annum à kalendis Martii, aut incipiunt adhuc in die Astrologi, & alii communiter pro calculandis kalendis mensium.
 - 11 Moderni in actibus privatis, & epistolis annuum incipiunt à die prima Januarii, quo tempore plurimi annum calculant, & incipiunt in omnibus actibus familiaribus, & etiam judicialibus suorum tribunalium, uti signanter fit Romæ in omnibus suis tribunalibus etiam Sacrorum Congregationum. In actibus vero publicis, & instrumentis annuum incipiunt à die 25. Decembris, aut signanter fit à Notariis in Italia.
 - 12 In bullis pontificiis initium anni in data fit à die Incarnationis 25. Martii.
 - 13 In brevibus Pape à die Nativitatis 25. Decembris.
 - 14 In decretis Sac. Congregationis à die Circumcisionis 1. Januarii.
 - 15 Unde ne æquivocis laboremus attendendus est proprius stylus unuscujusque regionis, & tribunalis.
 - 16 Add. ex aliena manu, ad num. 23.
- ANNUS, ut tenet Varro, lib. 5. de lingua latina, dicitur ab annulo; eo quòd in se ipsum redeat. Et Archidiaconus in cap. si propter, num. 3. ver. Annus dicitur, de rescript. in 6. existimat, annum dici ab anna, quod est circum, & nona quasi circumiens, per text. in cap. Quadagesima, de consecrat. dist. 5. Annus enim ubi incipit, ibi desinit, & resolvitur, ut inquit Baldus, *consult. 458. in fin. vol. 1. Gloss. & DD. in leg. Ita vulneratus, §. Res-*

- 1 Annus inceptus quando haberi possit pro completo, & quando non, tradit Voet. in *comment. ad Pandect. leg. 44. tit. 31.* Subdit verò idem Autor eodem loco, quod ubi de momento in momentum tempus computandum est, disputari subinde potest, quo tempore hora lapsa intelligatur, an incipiente præludio, an pulsu primo campanæ horarum numerum designantis, an pulsu finito. Desinit verò ultrajecti fuit ex *judicio Mathematicorum, præludium sequentis horæ esse finem præcedentis, ne præludium longius, aut brevius horam anticipet, vel retardet.*
- 2 Agit quoque laudatus Autor ubi supra num. 2. & duobus sequent. de anno continuo, & anno utili, & utrumque eleganter explicat. Hic autem omittendum haud est, quod quoties in statutis fit simpliciter mentio anni, utrum de anno utili intelligi debeat, non levis quæstio est: Antonius Matthæus, de *auction. lib. 2. c. 6. n. 26.* Van-Lewen, *ensur. n. 8. part. 1. lib. 4. cap. 20. n. 8.* sentiant de anno continuo intelligendum esse. Contra verò Groeneweg. ad *tit. instit. de perpet. & temporal. action. num. 4.* sequent. tenet intelligendum esse de anno utili.
- 3 De actionibus, quæ de jure civili spatio unius anni præscribuntur, consule Cujacium, de *divers. prescript. cap. 20. per tot.*
- 4 De anno qui plura cupiat, adeat Calvin. in *Lexic. verb. Annus, rum Du-Cange, in gloss. ad script. med. infim. latin. Annus.*
- 5 (Si omnia, quæ hic conducunt, insererentur specificè, de suis respectivè locis fieret abstractio; ut evitetur, & adnotationum iteratio ne fortè contingat, oculi figantur ibidem. Vide infra proximè; nihilominus mente retine: Primò, leg. 1. §. 6. tit. 11. lib. 2. For. R. 9. 18. 21. 22. 23. & 24. tit. 20. part. 3. 1. & 3. tit. 3. lib. 3. Ord. Reg. tit. 15. lib. 4. Recop. Castel. Secundò, leg. 6. tit. 5. lib. 3. For. Reg. 3. tit. 1. part. 6. Tertio, 5. tit. 4. part. 3. tit. 15. lib. 2. Ord. Reg. 3. tit. 9. lib. 3. Recop. Castel. Quarto denique, leg. 4. tit. 7. part. 1. quarum contextus, cum citatis sup. num. 9. parum aut nihil discrepant: siquidem ut in illis agitur de temporibus ad præscriptionem, activam testamenti facionem, munus justitiæ obeundum, curatelaque liberationem necessarii: pariter in istis eadem tempora remiscuntur, nunc verò, utpote ad rem, perlegantur additiones heripandæ, verb. Exhereditatio, Emptio & Venditio, vers. Ad retrahendum, & si læsio: verb. Furtum, vers. Omnibus, & De latronibus prop. med. verb. Ignorantia, vers. In civilibus: verb. Judicium, vers. Inter eos: verb. Jurisdicatio, incip. Cum nullus: verb. Notarius, vers. De secundò: verb. Procurator, vers. Restitutio in integrum: verb. Sententia, vers. Animadvertatur: verb. Testamentum, vers. In testamento conditio, & Discordia: & denique verb. Testis, & Tutor: in quibus omnibus ad actus complementum dies & anni præscribuntur: verb. Etas, & ei adnotata à memoria non elebantur.)

ANNUS PROBATIONIS seu novitiatus.

SUMMARIUM.

- 1 Annus probationis quid sit.
 - 2 Quando incipiat, ad num. 4.
 - 3 Quomodo etas requiratur, ad num. 9.
 - 4 An debeat esse continuus, ad num. 24.
 - 5 Et completus, ad num. 28.
 - 6 An possit prorabari, ad num. 35.
 - 7 Ubi debeat fieri, ad num. 42.
 - 8 An possit renuntiari, ad num. 44.
 - 9 Subnectuntur add. ex alien. man. ad num. 53.
- ANNUS probationis institutus est, ut religio probet mores Novitii, & Novitius austeritatem religionis: habetur expressè, cap. Apostolicam, de regularibus, & cap. 15. qui monasterium; & cap. Non solum, de regularibus in 6. Et hic annus probationis sive in masculis, sive in fo-

71 minis incipit solum à die susceptionis habitus, sive ab eodem die, quo in habitu religionis Novitii incipiunt sequi communem aliorum religiosorum vitam, ex Concil. Trid. cap. 15. sess. 25. de regul. Habitus enim regularis de essentia, & substantia à Novitiis est deferendus per annum probationis, ut expressè habetur ex eodem Concil. ibid. præcisè his verbis: "Nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur; professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem." Sic tenent communiter Doctores, & Gloss. in cap. fin. verb. Habitus 17. quest. 2. & in cap. Super eo, de regul. ubi expressè dicit: probationem debere fieri in habitu monachali, & cap. Statuimus, de regularibus, alioquin, inquit, non possit probare austeritatem monachalem, que magna ex parte in vestibus consistit. Et quod in habitu seculari nequeat fieri novitiatus, expressè decrevit Sac. Congreg. Episc. & Regul. in una Scogallien. 17. Aprilis 1602. & in una Mediolan. 25. Octobris ejusdem anni 1602.

5 Pro admittendis ad annum probationis, seu novitiatus licet in jure nulla reperitur statuta præcisè ætas, & in constitut. Clementis VIII. incip. Cum ad regularem, dicitur præcisè: Quisque recipiendus in aliquo ordine regulari etiam mendicantium in ea sit ætate constitutus, quam ejus ordinis in quo recipitur, regularia instituta, & ordinationes requirunt, tamen ex Sac. Congregat. ut refert Nicol. in Floscul. verb. Novitius, num. 5. fuit sic 6 decretum: Recipiendi novitii decimum quintum saltem ætatis sue annum attingant; in una Theatinorum, 16. Junii 1632. & in Observantium, 7. Aprilis 1634. Et pro 7 puellis, ibid. num. 25. refert fuisse sic decisum. Puella quæ non complevit annum duodecimum recipi poterit interim pro educanda; in una Venetiarum, 21. Novembris 1600. Regulariter novitia vestiri non potest ante 14. annum expletum; & tunc de licentia Sacræ Congregationis, si velit esse formaliter novitia ante 13. expletum; in una Perusien. 5. Novembris 1602. Pro conversis autem religiosis à Clemente VIII. in sua citat. constit. incip. Cum ad regularem, fuit sic statutum: Isti autem conversi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum.

10 Annum probationis, seu novitiatus debet esse continuus, ita ut novitiatus annum probationis animo religionem deserendi interrumpens, licet per duas solas horas, teneatur incipere de novo annum novitiatus, ex decreto Sac. Congregat. Conc. quæ ut refert Fagnan. in cap. Ad nostram, de regul. num. 27. & in cap. Insinuante, qui Clerici, vel voventes, num. 37. interrogata à Procuratore Generali Ordinis Minorum: "An novitius, quia à monasterio, ut aliam religionem ingrederetur, abierat, ac duas tantum horas in alio conventu moram traxerat, ac statim deinde facti pœnitens reversus fuerat, teneatur incipere novum annum probationis? Respondit, teneri ab eo die, quo rediit." Si tamen, dicit Fagnan. loc. citat. in cap. Insinuante, novitius non exivisset à monasterio, sed animo fugiendi intra claustra aliquantisper latitasset, non propterea annum probationis censeretur interruptus, ut ex facto respondit Navarr. cons. 33. Puer quidem de regularibus, Immo secundum Galv. cons. 12. numer. 17. Tamburin. tom. 3. dis. 6. quest. 7. num. 18. Bartholom. de Veccois, & Barbosam, jur. eccles. univers. lib. 1. cap. 42. num. 128. annum novitiatus non interruptum, etiamsi novitius retento habitu pertraheret severitate, vel iracundia, aut minis superioris, aut magistri, monasterium abite exeat, causa se celandi, dummodo habeat animum redeundi. Et de uno, qui à religione S. Francisci de Paula per spatium 20. horarum extra monasterium sine habitu permansit, declaravit Sacra Congregatio Episcop. & Regular. 11. Augusti 1626. posse tollerari de exitu cum habitu, & animo redeundi. Sic apud Barbosam loc. citat. num. 124.

14 Annum novitiatus, seu probationis non interruptum, si novitius habitu religionis indutus è monasterio ex sui superioris licentia exeat causa peregrinandi ad stationes, vel ad alia loca pia, vel invisendi parentes, aut cognatos ægrotantes, vel mendicandi, seu recreandi, aut alia hujusmodi causa: vel etiamsi ob adversam valetudinem maneant extra monasterium: Itaque tenent Jacob. de Graffi

in aut. decisi. part. 1. lib. 3. cap. 9. n. 18. Fr. Emmanuel. quest. 15. art. 7. Peyring, González, Stephanus, Gratian. Barbosa, juris eccles. univers. lib. 1. cap. 42. num. 26. cum aliis, & Bartholomæus de Veccois, disp. dub. 3. num. 13. ubi refert, fuisse ita à Sac. Congregat. decisum. Annum tamen Novitiatus, seu probationis interruptum à novitia, quæ infirma morbo contumaci remittitur curanda domum, ex Sac. Congreg. in una Neapolitana, 14. Decembris 1593. & 4. Augusti 1597. Eo pacto ut reversa, reincipiat novitiatus à capite, ut decrevit eadem Sac. Congreg. in una Venetiarum, 14. Decembris 1605. & in Transens. 15. Septembris 1634. 10. Februarii 1645. & 12. Aprilis 1647. Absque tamen cæremoniis ad evitandas expensas: In Neapolitana 26. Novembris 1624. Sed si novitiatus annum expleverit, postea ex causa supradicta de consensu monialium, & superioris exiit, potest, cum redit, admitti sine novo novitiatus, in Neapolitana, 8. Novembris 1610. sic refert Nicol. in Floscul. verb. Novitia, num. 39. & 40.

Annum probationis non dicitur interrupti, nec discontinuari à novitiis, qui completo anno probationis propter infirmitatem ante emissam professionem cum licentia superiorum de monasterio exeunt: Sic Divus Antoninus, Joannes Andreas, Sylvester, Sanchez, Lopez, & alii passim, Gloss. in cap. Eum qui, de regul. juris in 6. quæ dicit, eum, qui certus est, certioris amplius non oportere, leg. 4. tit. 16. part. 2. ibi: despus que le apercibiesen; leg. 4. tit. 19. ejusd. part. ibi: Ca pnes el fecho les llama; leg. 14. tit. 15. part. 5. ibi: Faciendolo entender; & sic etiam fertur fuisse responsum ad dubium an is qui habitu regulari suscepto per annum integrum mansit in religione, eoque lapsus gravi morbo correptus, & propterea professione nequaquam admissa, permisso superiori ad seculum redit, possit inde ad triennium morbo liberatus, & ad monasterium reversus, protinus emittere professionem, vel potius per alium annum stare in probatione teneatur? Die 27. Februarii 1596. Sacra Congreg. censuit, posse statim emittere professionem non expectato alio probationis anno, nisi religionis aut persone conditio sit immutata: Idque superiores religionis animadvertere diligenter debere.

Immo neque deberet alium annum novitiatus emittere, qui finito, & integre completo anno probationis exiret etiam sine licentia; nam proposito dubio, an novitia, quæ finito anno probationis exiit è monasterio absque licentia Ordinarii, iterum reversa possit sine nova probatione ad professionem emittenda admitti? Die 12. Februarii 1598. Sacra Congreg. censuit posse, nisi conditio religionis, aut persone sit immutata, idque à superioribus monasterii diligenter esse dispiciendum. Sic tenet, & refert Fagnanus, in cap. Qui Presbyterum, de penis, & remiss. num. 117.

Sic etiam novitius, qui finito anno probationis, fuit habitu spoliatus, potest iterum admitti, & profiteri absque novo novitiatus: secus si habitum deposuisset. Sacra Congreg. in una Observantium, 16. Aprilis 1616. apud Nicol. in Floscul. verb. Novitiatus, num. 11. Et sic etiam non interruptum annum novitiatus à novitio, seu novitia, si intra annum probationis, seu novitiatus à capitulo dimittatur, & habitu religionis expolietur, & postea mutata sententia ad habitum restituitur, antequam exeat è monasterio, quia in hoc casu habitus dimissio non est cum effectu egressionis, Suarez, Vecch & alii passim.

Annum probationis, seu novitiatus debet esse completus de momento in momentum, colligitur, ex cap. Non solum de regular. in 6. ubi habentur præcisè verba: Distinctus inibemus, ne ante annum probationis elapsum quempiam ad professionem vestri ordinis recipere promittat; & ex Trident. sess. 25. de regul. c. 15. nullam declarante probationem illius, qui minori tempore, quam per annum post susceptum habitum, in probatione steterit; quod indicat, annum probationis debere esse integrum, & completum de momento in momentum, ut expressè declaravit Sac. Congreg. Conc. 1. Februarii 1613. Adeo ut professio facta nondum completo anno, etiam per modicum tempus, esset nulla, ex eadem Sacra Congregat. Concil. quæ 21. Januarii 1617. declaravit professionem emissam non completo anni curriculo etiam per duas horas tantum non valere.

Congregat. Concil. quæ 21. Januarii 1617. declaravit professionem emissam non completo anni curriculo etiam per duas horas tantum non valere.

26 Immo debet esse ita completus, & integer annum novitiatus, seu probationis, ut anno bissextili debeat necessario expectari lapsus diei, qui tunc de novo additur, cum illi duo dies pro uno computentur, arg. sess. in leg. Minorum 3. ff. de minoribus, & in leg. Cum bissextus, ff. de verb. significat. & in cap. Quæsvit, eod. titul. Et sic expressè habetur ex Sac. Congreg. Concil. quæ in una Patavin. 4. Junii 1527. censuit, non valere professionem respectu anni bissextilis cujusdam, qui ingressus est religionem 27. Martii, & die 26. ejusdem mensis sequentis anni currente anno bissextili emisit professionem. Et in una Andegaventi. 31. Augusti 1533. eadem Sac. Congreg. Concil. censuit, professionem emissam à fratre ordinis Recollectorum S. Francisci in anno bissextili non expectato lapsu diei, qui illi anno accessit, esse invalidam, ut emissam ante lapsum anni præscripti à Concil. Trident.

28 Anno probationis completo, non potest à superioribus regularibus ultra protrahi tempus probationis, non solum reluctanti novitio, cum hoc esset nimis ei gravosum, arg. cap. Ad Apostolicum, de regularibus; sed neque ipso novitio consentiente, cum expressè obstat Concilium Tridentinum, quod cum cap. 15. sess. 25. de regular. præficeret pro probatione terminum unius anni, in cap. 16. immediatè sequent. præcipit per hæc præcisè verba: ut finito tempore novitiatus superiores novitios, quos habiles inveniunt, ad profectandum admittant, aut à monasterio ejiciant: contra quam conciliarem dispositionem superiores regulares, & omnes Papa inferiores nequeunt dispensare, extravagant. Sancta Romana, §. Quidam autem; & ibi: gloss. in verb. Concilii, de religiosis domibus. Ex juxta hoc Tridentini decretum, Sac. Congreg. Concil. teste Miranda, quest. 8. de monialibus, art. 2. declaravit monialibus elapso tempore novitiatus, si habiles sint, præfigendum esse terminum quindecim, aut viginthi dierum, ad deliberandum, num velint profiteri, necne; & si renuant profiteri, continuo remittendas esse ad parentes, aut consanguineos.

31 Aliqua tamen rationabili, & justa causa interveniente, sentio cum Rodriguez, Suarez, Miranda, Navarr. Sanchez, Lessio, Faust. Fagnan. & aliis, posse superiores annum probationis & professionem prorogare ad breve tempus, & proinde verba illa Concilii finito tempore intelligenda esse civititer & cum moderata latitudine, & quando nulla subest rationabilis, & justa causa prorogandi, & sic declaravit Sacra Congreg. 21. Maji 1597. ut refert Aldan. in compend. canon. resolut. lib. 1. tit. 25. num. 10. Tempus autem, usque ad quod possunt superiores professionem prorogare ex juxta, & rationabili causa, dicerem esse usque ad sextum mensem, maxime si novitius, vel novitia de presenti esset inhabilis ad profectandum, & adesset spes superventuræ habitatis, ut declaravit S. Pius V. pro Patribus Dominicani in eorum constitutione ad text. 11. cap. 14. de novit. dist. 1.

33 Si autem propter aliquam pertinacem infirmitatem, vel aliam causam esset protrahenda professio ultra sex menses, tunc pro facultate esset ad eundem Sedes Apostolica, & sic fuisse decisum à Sac. Congreg. refert Fagnan. in cap. Ad Apostolicum, de regul. n. 9. 10. 11. pro novitia longa infirmitate correpta, quæ cum pro remedio adisset Sac. Congreg. Conc. ipsa Sac. Congreg. censuit agentium cum Sanctissimo, ut concedatur prorogatio ultra menses sex à finito anno, donec duret spes recuperande sanitatis; Sanctissimus annuit, ut concedatur ista prorogatio; & ibidem refert Sac. Congreg. censuisse opus esse, ut Sanctissimus daret dilationem Olimpiæ Spinulæ novitiæ, quæ verebatur, ne emissam professionem bona sua apud mercatores existentia recuperare non posset, Sanctitas sua indulset sex menses ultra annum novitiatus, ut manere posset in monasterio absque professione.

35 Annum novitiatus, sicuti, & professio sub pena nullitatis debet necessario fieri in conventibus designatis ex decretis Clementis VIII. Et ut clarè hoc pateat, datur hic ad litteram ipsa decreta. Decretum primum edi-

tum 11. Martii 1596. sic præcisè habet: "Præcipimus omnibus Generalibus, ut de cetero neminem sub quovis prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in conventibus auctoritate nostra designandis. Insuper sancimus, ut quoad hujusmodi conventus per nos deputati non fuerint, superiores à receptione quorumcumque novitiorum, sive ad habitum, sive ad professionem omnino abstineant: Et infra: Receptiones verò & professiones quaslibet eorum qui contra hujusmodi decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ex nunc decernimus. Secundum decretum editum 20. Junii 1599. habet præcisè verba: Sanctissimus cum districtè prohiberet, ne quis ad suscipiendum habitum religionis admittetur, profitereturve, quousque monasteria, & conventus aliquot destinarentur, quia tamen non obstante tali prohibitione cognovit nonnullos prætextu licentiarum receptos, & admissos fuisse, tunc denuo præcipit, ne quemquam nisi per litteras in forma brevis ad habitum regularem suscipiendum nisi in conventibus designandis, recipere, aut receptos ad professionem admittere nullo modo audeat; quinimodò receptos contra primam prohibitionem etiamsi imperfectum habitum, aut sine capacitate gerant, omnino ejicere debeant. Et infra: Receptiones verò, & professiones quaslibet eorum, qui contra decretum admissi fuerint, nulla & irrita esse ad quemcumque effectum ex nunc decernit, & declarat."

Ex istis decretis manifestè patet, non posse extra conventus designatos fieri neque novitiatum, neque professionem sub pena nullitatis; sunt enim clara verba Pontificis, & novitiatum, & professionem extra tales conventus emissam irritantia. A receptione quorumcumque novitiorum sive ad professionem omnino abstineant... Ne quis ad suscipiendum habitum religionis admittetur, profitereturque... Ne ad habitum regularem suscipiendum, nisi in conventibus designandis, recipere, aut receptos ad professionem admittere nullo modo audeant. Receptiones verò, & professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi decretum admissi fuerint, nullas, & irritas ad quemcumque effectum ex nunc decernit, & declarat. Ubi vides, quod decreta in clausula irritante loquuntur copulativè, & absolute volunt, quod tam novitiatus, quam professio fiant in conventibus designatis, aliter sive novitiatus solus, sive sola professio erit absolute nulla, cum talis sit natura copulæ: leg. Si heredes, ff. de condit. instit. Si quis ita stipulatus, in fin. ff. de verb. obligat. & cap. Ex parte, de rescript. ut latè probant, pluribus adductis, Fagnanus, lib. 4. decret. cap. Insinuante, qui Clerici, vel voventes, Pignatelli. tom. 9. consulti. 183. num. 56. & consulti. 175. & num. 24. Morin. respons. 82. num. 94. & seqq. Passerini. de statu homin. quest. 189. art. 10. num. 334. Donatus, tom. 2. part. 2. tract. 8. quest. 2. & 4. Ursaya, tom. 8. part. 1. disput. 33. num. 34. Mattheus. offic. cur. cap. 34. num. 20. & alii plures. Vide verb. Professio, num. 19. (Vide quæ invenies adnotata, verb. Alternativa, art. 2.)

Non obstant tamen supra allegata clementina decreta, quin possit aliquis à superioribus ad habitum recipi in conventu non designato, ut si ejus filius instituitur, dummodo postea transmittatur ad conventum designatum, & ibi integrum annum novitiatus peragat incipiendo à die residentie; & religiosi convictus in tali designato conventu, & ipso sic completo in eodem conventu designato professionem emittat, quia sic salvatur finis Summi Pontificis, qui fuit, ut novitii probarentur in conventibus strictioris observantiae, atque ibi probati per integrum annum, & idonei reperti ad professionem admittentur, vel si inhabiles à monasterio ejicerentur ad præscriptum Tridentini, cap. 15. & 16. sess. 25. de regulari. Verba enim illa: Præcipimus, ut de cetero neminem sub quovis prætextu ad habitum regularem admittant, vel similia, intelligenda sunt cum effectu, arg. cap. Relato, de Cleric. non resident. cap. Aut verba, de penis, dist. 1. Gloss. in Extravag. Suscepit, in verb. Cum effectu, ne Sede vacante, Feder. de Senis, caus. 10. casus talis est, in fin. Fagnan. in lib. 4. Decret. cap. Insinuante, qui Clerici, vel voventes, num. 46.

Talis autem novitius inspecto effectu dicitur admissus,

APOSTASIA, APOSTATA.

SUMMARIUM.

- 1 Apostata quid sit.
- 2 Quotplex.
- 3 Apostata à fide quis dicatur, ad num. 5.
- 4 Quas penas incurrat, ad num. 9.
- 10 Qualiter abjurare, & recipi debeat, ad num. 18.
- 19 Apostata ab obedientia, ad num. 20.
- 21 Apostata à religione, ad num. 26.
- 29 Non est talis, qui notabiliter gravatus, sine licentia confugit ad Superiorem majorem, ad num. 39.
- 40 Immo ad vitandum periculum multa alia fieri possunt sacris canonibus contraria, ad num. 43.
- 44 Neque est Apostata qui habitum non sine gravi culpa dimittit, animo tamen reassumendi, ad num. 48.
- 49 Pena Apostatarum à religione, ad num. 56.
- 57 Obligatio superiorum revocandi, & recipiendi hujusmodi Apostatas, ad num. 61.
- 62 Apostata ab ordine sacro.
- 63 Ejus pena, ad num. 67.
- 68 Inseruntur supplem. Auctoris, ad num. 73.
- 74 Additiones ex aliena manu, ad num. 77.

APOSTASIA ex vi nominis significat quamdam desertionem, vel recessum à Deo in aliquo bono, in quo homo tenebatur perseverare, vel ex præcepto, vel ex voto. Unde quia à Deo tripliciter recedere possumus secundum tres modos conjunctionis debite ad ipsum, scilicet per fidem, obedientiam, & religionem professam, vel sacrum ordinem susceptum, ideo triplex est apostasia, seu defectio, scilicet à fide, obedientia, religione professa, vel sacro ordine suscepto; ita communiter Doctores cum Div. Thoma 2. 2. quest. 12. art. 1. & Gloss. in cap. 1. de Apostatis. Apostasia à fide (que propriissime apostasia est, & à communi post Gloss. in cap. 1. de Apostatis verbis. Apostata, Apostasia perfidia vocatur) est totalis discessus, seu defectio à fide christiana; unde apostata à fide ille dicitur, qui in totum à fide Christi recedit, si verotaliter eam deserit, ut si christianus effugit Judæos, vel Turca, sive Paganus; l. 1. & 2. Cod. de Apostat. cap. Non potest 24. caus. 2. quest. 7. Pirhing. lib. 5. tit. 9. §. 1. Farinac. tract. de Heresi q. 183. §. 2. n. 13. Silvester verb. Apostasia, & alii communiter.

Hinc apostasia differt ab heresi solum secundum magis, & minus, ex quo apostasia deficiat à fide Christi totaliter, & heresis solum partialiter; Apostata enim dicitur, qui Christum, & fidem christianam, quam suscepit, totaliter abnegat; hæreticus vero non totaliter abnegat, sed solum partialiter secundum unum, vel aliquos articulos, ideoque magis late patet apostasia, quam heresis; omnis enim apostata est hæreticus, sed non omnis hæ-

Ornatus causa pena in totaliter recessos à fide, per leges patrias decreta adnotabitur. Discretio inter personam quæ Renegatus dicitur, & quæ Apostata, fiebat: nuncupabatur ille, qui in totum fidem catholicam deserbat, mahometanisque sectam, aut aliam amplectebatur: iste vero, qui post recessum à fide, iterum accedebat, media sui conversione; mortis pena, amissioneque omnium bonorum filiis catholicis, propinquisque usque ad decimum gradum applicandorum, primus puniebatur; (1) infamie inter alias penas notabatur secundus, à testimonio dicendo, factioe testamenti, tam activa quam passiva, ac numerum publicorum privatione arcabatur. (1) Hodie autem Sanctæ Inquisitionis tribunal de similis apostasie crimine cognoscit, de quo suo in loco.

(1) Ley 4. tit. 25. part. 7. Ensandescen à las vegadas omnes y ha, é pierden el seso, é el verdadero entendimiento como omnes de mala ventura, é desesperados de todo bien reniegan la fé de nuestro Señor Jesu Christo, é tornanse Moros::: E por ende mandamos que todos quantos esta maldad ficieren, pierdan por ende todo quanto habian::: mas que finqué todo à sus hijos si los ovieren aquellos que fincaren en la nuestra fé, é la non renegaren: é si hijos non ovieren ellos, à los mas propincos parientes, que ovieren fasta el deceno grado::: é demàs desto mandamos, que si fuere fallado el quetal yerro ficie-

reticus est apostata, ut de se patet, quia licet Lutherani, Calvinistæ, & alii hæretici vulgo, & improprie dicantur apostatæ; vere tamen, & proprie loquendo non sunt apostatæ à fide Christi, cum adhuc christiani sint ad differendum verorum apostatarum, quia amplius non sunt christiani, sed vel Judæi, vel Pagani secundum sectam, quam amplexi sunt.

Unde apostatæ ultra quam quod incurrunn omnes 6 penas, quas incurrunn hæretici, ut expressè habetur cap. Contra Christianos 13. de Hereticis in 6. præcisis his verbis: Contra Christianos, qui ad ritum transierint, vel redierint Judæorum &c. erit tanquam contra hereticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos, seu Judæos, convicti, & sicut contra fautores, receptatores, & defensores hereticorum, sic contra fautores, receptatores, & defensores talium est procedendum. Et tenent communiter Doctores. Adhuc tamen alias majores, & graviores incurrunn, quam ipsi heretici, & cum apostatæ semper quamdiu vivunt, & post mortem usque ad quinquennium accusari, & in suis puris possint, l. Si quis 1. & l. Apostatarum 4. Cod. de Apostatis; nec suffragatur eis poenitentia, uti suffragatur hæreticis, l. Hi qui 3. Cod. de Apostatis; ubi aperte dicitur: Lapsi enim, & poenitentibus subvenitur, perditis vero, hoc est Sanctum Baptisma profanantibus, nullo remedio succurritur; Et si alios seducant, spoliantur omnibus bonis, & capitali sententia damnantur, l. Cum 5. Cod. de Apostatis. Quæ autem penæ de Jure sint statutz hæreticis, & consequenter apostatis: Vide suo loco, verb. Hæresis.

Apostata à fide in Turcarum ditionibus existens, si ibi redeat ad poenitentiam, omnino debent abjurare apostasiam coram fidelibus captivis, quibus dederunt scandalum, in propriis carceribus publice, & explicitè; et coram infidelibus non videtur hoc necessarium, sed sufficit, ut coram ipsis abstineant ab actibus infidelitatis, deponantque habitum protestativum falsæ religionis, & recurent ut successu temporis cognoscant etiam infideles vel ab ipsis, vel ab aliis eorum abjuratorem, licet id cum periculo vitæ; Sacra Congr. Sanctissimæ Inquisitionis 18. Julii 1620. Sacr. Congr. de Propag. fide sub die 7. Apr. 1629. quam refert Laurent. de Peyrinis de privileg. reg. tom. 3. in addit. ad const. Leonis X. c. 4. n. 26. p. 430.

Apostatæ reversi ad fidem in terris infidelium tui conscientia omnem habitum indistincte deferre possunt nationis discretivum, dummodo non sit protestativus falsæ religionis, donec nanciscantur occasionem transfugiendi ad fideles; nec proinde arcenti sunt à susceptione Sacramentorum, si propositum habent profiteri fidem, quando Juridice de illa interrogentur; Sacra Congregatio de propaganda fide 7. Aprilis 1629. cujus meminit Laurent. de Peyrin. loco superius cit. num. 27. Sac. Congr. Rom. & universalis Inquisitionis coram Sanctis, D. N. Urbano VIII. 18. Julii 1630. apud emnden Laurent. de Peyrinis diff. cap. num. 41. censuit deponendum esse habitum infidelium, quatenus sit protestativus falsæ religionis; si vero sit æquivocus, potest illum deferre, quod

reenalgund lugar de nuestro señorío, que muera porollo. (2) Ley 5. ejurd. Apostata en latin tanto quiere decir en romance, como Christiano que se torna Judío, ó Moro, é despues se arrepiente, é se torna à la ley de los Christianos: é porque tal ome como este es falso, é escarnecedor de la ley, non debe fincar sin pena, maguer se arrepienta. E por ende dixeron los sabios antiguos, que debe ser enfamado para siempre, de manera que su testimonio nunca sea cabido, nin puede haber officio, nin lugar honrado, nin pueda facer testamento, nin pueda ser establecido por heredero de otros en ninguna manera::

quod si ex illa delatione ratione personæ aliqua orientur suspicio, tenetur aufugere quam promptum poterit.

- 13 Apostatam poenitentem in articulo mortis constitutum, & in terris infidelium existentem absolvere debet Confessarius, abjurata prius vero apostasia in foro conscientie, & si per aliquod temporis spatium supervixerit, poterit abjurare in balneo coram fidelibus: Quod si non poterit, relinquat chirographum suæ abjuratæ saltem signo crucis subscriptum: Quod si neque hoc possit, committat Confessario, ut suam abjuratorem fidelibus manifestet. Non autem tenetur poenitens tunc in periculo vitæ constitutus, etiam suadentibus Turcis, cum periculo vitæ fidem catholicam, quam tunc, abjurata infidelitate, amplexus est, confiteri, sed eorum suasionibus eludere, vel non respondere, vel æquivocis verbis utendo; Sac. Congreg. S. Rom. & Universalis Inquisitionis 18. Julii 1630. teste Laurent. de Peyrinis de cap. 4. num. 42.
- 17 Apostasia à fide per chirographum fraude demonis facta nullum jus illi tribuit, & reconciliandus est apostata, absque eo quod dæmon cogatur chirographum reddere, cum in tali casu sufficiat vera poenitentia commissi criminis, seu apostasie, ex illo enim chirographo nullum jus acquiritur demoni, ut bene advertit Lupus in edictis Inquis. part. 3. lib. 22. dist. 5. art. 2. diff. 2. Nec valet dici illud esse requirendum ad probandum apostasiam malefici, quia neque ad hoc est necessarium, cum corpus delicti apostasie non oportet per scripturam probari, dum de eo constat per confessionem ipsius rei: Card. Albit. de inconstant. in fide cap. 32. num. 153.
- 19 Apostasia ab obedientia late capta est omnis mortalis divine legis transgressio, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 12. art. 1. ad 1. juxta illud Ecclesiast. 10. Initium superbia hominis apostatare à Deo. Sic tamen, & proprie loquendo apostasia ab obedientia sumitur pro recessu à mandatis ecclesie, cum quis ex superbia, vel contemptu schismatico resistit ecclesie legitime præcipienti, vel suis canonibus, conciliaribus decretis, & justis legibus obtemperare contumaciter recusat; colligitur ex cap. 2. de majoris. & obedient. c. 1. caus. 3. q. 4. & c. 2. ejurd. caus. & quest. ubi præcisè dicitur: Transgressores enim sponte legis suæ, ejusque violatores Apostata nominantur, & hujus apostasie præcipua species est schisma, de quo vide verb. Schisma.
- 21 Apostasia à religione proprie loquendo est criminosa discessio à religione cum animo non amplius redeundi ad regulare institutum. Dicitur criminosa discessio ad denotandum, quod ad incurrendam veram apostasiam, debet esse temeraria discessio, & facta sine licentia Superioris, unde apostatæ non sunt, qui discedunt cum legitima facultate, vel liberantur à regulari observantia, vel ad episcopatum legitime transferuntur, juxta Clement. I. de elect. Dicitur autem cum animo non amplius redeundi ad regulare Institutum, ad denotandum, quod ut incurrat vera apostasia, debet habere animum deliberatum nunquam redeundi, sive ad suum delictum, sive ad aliud quodcumque regulare Institutum. Unde qui à religione professa etiam sine legitima facultate ad aliam laxiorem religionem transiret, non esset rigorose & proprie apostata, quia, ut inquit Innocentius in cap. Intelleximus in fine de stat. & qual. in nullo venit contra ea, quæ sunt de substantia ordinis, cum semper sit in alicujus obedientia, nam non dicitur apostata proprie, nisi qui ad seculum redit, & tenet Gloss. in cap. ult. de Apostatis, Abbas, Joannes Andreas, Archidiaconus, Sylvester, Pagnan, Pirhing, Rodrig. Cajetan. Layman, & alii plurimi.
- 23 Apostasiam vere incurrit, & dicitur apostata, qui à religione tenere discedit cum animo non amplius redeundi, etiam si retineat habitum, nam nihil refert, an cum vel sine habitu discedat, dummodo habeat animum deliberatum non amplius redeundi; sicut enim habitus non facit monachum, sed professio regularis, cap. Porrectum; cap. Ex parte, de regularib. (Vide leg. 2. 3. 11. 14. 1. 7. part. 1.) ita retentio habitus tantum non debet facere quempiam esse in religione, ut æqualiter fiat dissolutio, & colligatio vinculi; l. Nihil est, de Reg. Jur. Leg. Ab emptione. Cod. quando licet, §. Item per acceptationem, Instit. quib. mod. obligat. tollit. (Consonat lex 61.

rit. 5. p. 5.) Et expressè à Clemente VIII. in decreto pro reservatione casuum edito 26. Maji 1593. vocatur apostasia, sive fiat habitu retento, sive dimisso, præcisis his verbis: Apostasia à religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenit, ut extra septa monasterii, sive conventus fiat egressio. Quod decretum fuit etiam confirmatum ab Urbano VIII. 21. Septembris 1624. Sic tenet Abbas in cap. 1. num. 2. de Apost. Farinac. tract. de heresi quest. 183. §. 1. num. 62. Cajetanus, Sanchez, Rodriguez, Angelus, Sylvester, Pirhing, Anacler, Donatus, & cum plurimis aliis Pignatell. 1. 7. const. 68. n. 5.

Quamvis autem ex dictis colligatur rationem formalem apostasie proprie dicte in hoc præcisè consistere, quod discessio à religione fiat cum animo non amplius redeundi, adeoque eos, qui cum animo redeundi discedunt, non esse proprie apostatas, sed fugitivos: Tamen in praxi communiter accipiuntur, & tractantur ut veri apostatæ, qui extra claustra sine Superiorum licentia habitu etiam retento, & cum animo redeundi ad religionem vagantur, prout refert Sanct. com. in stat. Reliq. S. Francisci cap. 2. statut. 61. esse definitum per statuta papalia Julii II. cap. 7. part. 31. præcisis his verbis: Intellegimus autem apostatam omnem, qui sine licentia, vel contra obedientiam suorum Prælatorum per terras, loca, seu patrias cum habitu, vel sine, cum socio, vel sine illo ierit, atque quomodolibet discedentem. Et sic pro eodem sumuntur in decretis de apostatis, & ejectis à Sac. Congr. Concil. juru Urbani VIII. 21. Septembris 1624. editis, ubi §. 3. expressè dicitur: "Rursus statuit, ut fugitivi, & apostatæ sive habitum regularem deferant, sive non possint, ac debeant ab Episcopis loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac Superioribus Regularibus consignari secundum regularia statuta puniendi." Et pro eodem etiam sumuntur à Clemente X. in constitut. incip. Pastoris æterni vices, edita 18. Februarii 1675. in qua habetur præcisè: "Ut Regulares apostatæ & fugitivi &c. tunc poenatum ipsis propter apostasiam hujusmodi infliciantur, vel infligantur &c."

Non est tamen apostata regularis, qui injuste, & notabiliter gravatus à Superiore recta via ad Generalem, Provincialem, aut alios, ad quos de Jure, accedit absque licentia Superioris. In tali enim casu talis religiosus non peccat, nec recedit ab obedientia, sed dicitur appellare de facto, quamvis antea non appellaverit. Appellatio autem ex Pasqualigo ad Laurentum de Franchis part. 1. numer. 1359. est defensio contra injustitiam, & præsidium innocentie; & defensio per omnes est de Jure naturæ, adeoque Regularibus nedum licita, sed & necessaria, ut per majorem Superiorem à gravamine Superioris inferioris liberentur. Non est enim difficile, utpote nimis durum, quod ex proprio statu Regulares sint deterioris conditionis, quam ceteri homines, qui ab injustis gravaminibus possunt appellare, & ad majores Judices recurrere, cap. Suggestum, cap. Pastoralis Officii de appellat. lib. 1. 2. tit. 28. (Vide addit. hisp. verb. Appellatio). Et sic tenent Lezana sum. tom. 1. cap. 16. num. 8. Peyrin. de subditio quest. 1. cap. 20. Ameno de delictis rit. 2. §. 1. Apostasia num. 27. Pignatell. tom. 10. Consult. 24. numer. 27. & plurimi apud ipsum, Pirhing, Bonacina, Tamburin, & alii.

Nec officit, quod Concilium Trid. cap. 4. sess. 25. 32 de Regular. decernat: "Nec liceat Regularibus à suis conventibus recedere, etiam pretextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint; qui vero sine prædicto mandato in scriptis obtento re-pertus fuerit, ab Ordinariis locorum tamquam deserter suis Instituti puniatur." Nam, ut inquit Rodriguez 1. 1. q. reg. 30. art. 3. & Pignatell. tom. 10. cons. 24. n. 28. non est credendum, Concilium voluisse derogare Juri naturali de se defendendo ab injusto gravante, & iniquo oppressore, & loqui voluisse de Religiosis sic injuste gravatis, & inique oppressis, sed solum de illis, qui sine vera causa, & solo apparenti, levi, ac emendicato pretextu recurrunt, ut illa dictio prætextu significare videtur. Mens igitur Concilii fuit providere, ne Regulares ex quocumque levi, inani, & colorato pretextu vagandi, & se subtrahendi à Superiorum obedientia occa-

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

tionem querant, ut sæpius in dies accidebat, & per hoc præcepta tales Regulares esse puniendos tanquam sui ordinis desertores, etiam si similibus emendicatis prætextibus accedendi ad Superiores a conventu, vel monasterio sine facultate discedant; non autem prohibere ne in causa veri, & realis notabilis gravaminis præsentis vel imminens ad majores Superiores posset haberi recursus, eo vel maxime, quod non est petenda licentia ab illo, ad cuius gravamen tollendum agit. Et sic declaratum fuisse à Sac. Congreg. refert Rodriguez loco citato; Et tenent Navarr. comm. 2. de Regul. n. 67. *justa Gloss. in cap. Cum Pastoris 2. q. 7. arg. cap. Ex parte de accus. Suarez de religione tom. 4. l. 2. cap. 102. n. 4. Quaranta, Ameno, & alii plurimi.* In tali enim casu præsumitur licentia tacita Superioris ad quem, ut optime dicit Suarez tom. 4. tract. 5. l. 3. cap. 1. n. 6. *Lezana tom. 1. cap. 16. n. 9. Pignatell. tom. 10. consil. 24. n. 28. Barbo. in Concil. sess. 25. c. 4. num. 9. cum Arrog. & plurimis aliis ibi citatis.*
 (Nullus dubitat, religiosum extra claustra vagantem posse vitam degere irregularem: leg. 29. tit. 7. part. 1. idèò Episcopus contra eum procedere, nisi qualitatibus præscriptis extra ea se præsentet; *Vide Add. his. verb. Regulares per tot. præcipuè incip. Postquam, ubi Observantia Sacro-Sancti Concilii decretorum demandatur.*)
 Nec etiam obstat, quod in multis statutis variarum religionum declaratur apostata, qui sine obedientia extra conventum ierit etiam prætextu ad Superiores accedendi, etiam si recta via coram Superiore se sicut, ut signanter cavetur in constitutionibus Minorum de observantia statut. Sambucan. cap. 2. §. 8. num. 5. nam ut optime dicit Sanctiorum in compendio commentariorum super ipsa statuta Minorum, verb. Apostasia, & Apostata n. 7. statuta recursum, & confugium ad Superiorem non condemnant absolute, sed frivolum & sub pretextu ob causam scilicet leves, & frivolas: *Non enim est apostata qui supra modum gravatus ad Superiorem sine licentia confugit.* Pen. cap. 9. q. 2. & constitut. cap. 3. statut. 22. Et talem non esse apostatam tenent etiam Lantusca verb. Appellatio num. 8. Ameno de delictis tit. 2. §. 1. *Apostasia n. 31. Mattheucci Official. quoad Apostatas n. 16. & 17. Rodriguez, Portell. ex nostris.*
 Et à fortiori non est apostata regularis recurrens recto tramite ad Urbem à vagantibus Superiorum sine eorum licentia, dummodo non vagetur, & se præsentet R. P. D. Secretario Sac. Cong. ut pluries fuit decretum, & signanter in *Valentina 6. & 27. Junii 1698. Monacell. tom. 1. in Appendic. adnotat. ad decret. de Ejectis num. 1. Ursaya Instit. criminal. lib. 1. tit. 8. num. 29.*
 Debet tamen talis Religiosus ad Superiorem majorem sine obedientia confugiens esse sic notabiliter, & manifeste gravatus, ut evidenter constet, vel de facili probari possit, non habere aliud remedium, nisi ut ad majorem Superiorem confugiat, & sic apud illum se ipsum tueatur. Ad justificandum tamen suum recursum, & ut nulla pro foro etiam externo sit apostasie umbra, & suspicio fuge, nec contra eum militent sanctità à Sac. Congreg. Regular. anno 1587. in decreto incipient. *Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio &c. & à Sixto V. in sua constitut. incip. Ad Romanum spectat §. 20. & à Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 4. super recessu Regularium sine Obedientialibus, à conventibus, his verbis: "Nec liceat Regularibus à suis conventibus recedere etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint: Qui vero sine prædicto mandato in scriptis obteno repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tanquam desertor sui insititati puniatur: exprediret, immo esset sic instruendus, ut prius ipse recurrens peteret facultatem à Superiore gravante adeundi majorem Superiorem, & tali facultate sic negata, peteret testimoniales apostolos, à testibus fide dignis de petita, & sibi denegata tali facultate signatos."*
 Et dato quod nec tales testimoniales apostolos posset obtinere propter aliquem timorem, vel respectum, aut aliam causam in testibus, seu potius petendo tales testimoniales apostolos, ut licentiam, à liquo majus gravamen certo timeret, quod nisi festinanter, & occulte discederet, statim incarcerationetur, & adderentur gravami-

bus gravamina, tunc nulla petita licentia, & nullis testimonialibus, posset recta via Superiorem adire pro necessario sublevamine, quia nemo tenetur sibi majus malum procurare, & in tali casu, licet non vero, facto diceretur appellare, quod plus est: cap. Dilecti filii 2. de appellat. & Gloss. ibi: Navar. Pignatell. Suarez, Peyrin. Ameno, Nicolius, & alii supracitati. Immo plurimi, ut Peyrinus citi. ex Portello in addit. ad dubia regular. verb. Habitus num. 3. Diana tom. 3. tract. 2. resol. 115. & alii tenent, quod in tali periculoso casu possit etiam regularis habitum dimittere absque incurso apostasia, & sic incognitus direde ad Superiorem accedere, dummodo vere, & certo timeat, quod in itinere capiatur, & reducat per vim ad manus Superioris gravantis. Et hoc est juxta caput Clerici officia, ubi expressè dicitur: "Nisi juxta causa timoris exegerit habitum transformari, & Glossa ibi explicite: Clericus just de causa potest ponere habitum clericalem, nec censetur apostata, & Gloss. in verb. Uter periculosa, *Ne Clerici, vel Monachi in 6. verb. Temere, ubi habet præcisa verba: Ex causa licet habitum transformare, si justa sit, puta timor.*"
 Et quod Regularis dimittens habitum ad evitanda pericula non sit apostata, tenent expressè Sylvester verb. Habitus num. 3. Divus Antonin. in 3. part. tit. 24. c. 33. & Pignatell. tom. 10. consil. 24. cap. 14. num. 14. cum plurimis aliis ibi citatis. Ad quod evitandi periculi causa licet Clericis arma deferre juxta Gloss. in cap. Clerici arma, ubi dicit: *Clerici arma portare non debent sine justa causa: Juxta causam intelligi, si per loca periculosa transitum faciunt, tunc possunt portare arma ad terrorem latronum.* *Vide Add. his. verb. Arma, & verb. Clericus, incip. Quæ arma, nihil officit per tot. perlegi.* Et etiam ad evitanda pericula licet eis communi deferre, Gloss. in cap. Clericus neque Comam, ubi dicit, quod cum quidam reprehenderetur à Papa, sic pro sua justa defensione respondit.
 Tutius ut peterem Laici sub imagine Roman, Fus fuit, ut sinerem luxuriam comam.
 Regularis cum literis obedientialibus itinerans, & ad liberius divagandum habitu regulari in itinere dimisso, & in veste seculari incedens, non est apostata, quia ex superius dictis ratio formalis apostasie est, quod discessio à religione fiat cum animo deliberato non amplius redeundi, hic autem Regularis, ut supponitur, habet animum, & voluntatem iterum redeundi ad claustra sub obedientia Superiorem, & in tantum dimisit habitum regularem, ut liberius sub veste seculari divagaretur, Sanchez lib. 6. moral. cap. 8. num. 5. Pirhing. lib. 3. tit. 31. sect. 5. n. 187. & alii. Nec etiam talis Regularis censendus est fugitivus, quia recessit à conventu seu provincia cum legitima facultate suorum Superiorum.
 Ligatur tamen excommunicatione lata in Regulares temere habitum dimittentibus liberius vagandi causa, cap. Ut periculosa, *Nec Clerici vel Monachi in 6. ibi: ut periculosa Religiosis vagandi materia subtrahatur, districtius inhibebimus, ne de cetero aliquis professus temere habitum dimittat. Si quis autem temerarius violator existerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto.* Et hanc excommunicationem etiam incurrit, qui habitum desert, sed ita cooperatum, ut cognosci non possit, ut cum multis à se citatis tenet Peyrin. de subditio cap. 26. & facit gloss. in *Clement. de vita, & honestat. Cleric. cap. Quoniam qui verb. Extrinsecus.* Et ratio est clara, quia licet ipse non dimittat habitum materialiter, dimittit tamen formaliter, & deferre illum cooperatum alio habitu idem est, ex Quaranta *Summ. Bull. verb. Apostata, ac illum non deferre, & ita facilliter potest libere vagari deferendo habitum cooperatum, ac si nullo modo ipsum deferret; & per hoc Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 19. decrevit sic: Ne detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitum suæ religionis.*
 Regulariter autem quantumcumque habitus etiam ad lasciviam relinquatur, vel cooperatur, si non relinquatur animo deliberato illum non assumendi, non contrahitur apostasia, ut respondit Oldrad. cons. 102. in hanc rem edito, & tenet Rodriq. tom. 1. q. Regul. 30. art. 1. Pignatell. 10. cons. 24. num. 15. Peyrin. & alii &c.

Penæ apostasie à religione, seu statu religioso de Jure communi sunt sequentes. Prima est excommunicatio, quæ ipso facto incurritur, si fiat apostasia cum dimissione habitus, ut expressè habetur in cap. Ut periculosa 2. ne Clerici vel Monachi in 6. Secus si apostasia fiat cum retentione habitus, quia nullus textus dicitur excommunicationem infligens allegari potest. Ipse enim textus c. Ut periculosa, quam aliqui in contrarium allegant, loquitur solum de illis, qui habitu dimisso discedunt, ibi: *Ne de cetero aliquis professus temere habitum dimittat &c.* Sic tenet gloss. de temp. Ordinand. verb. Apostata. Abbas in c. fin. n. 2. de Apost. Sanch. lib. 2. moral. c. 8. n. 20. Pirhing. hoc tit. n. 9. Sylvester, Ostiens. & alii communiter.
 Secunda pena est suspensio ab ordinibus sacris, quos Apostata suscepit durante apostasia, cap. Consultationi, de Apost. & reit. Baptism. l. 5. & 9. Et si durante suspensione celebret, vel alios ordines exerceat, fit Irregularis, cap. Cum æterni, de sentent. & re jud. lib. 2. tit. 14. in 6. & cap. Cum medicinalis, de sentent. excomm. pariter in 6. A qua Irregularitate licet de Jure communi non possit dispensare nisi Papa, ut clare innuunt dicti sup canones cum æterni, & cum medicinalis; de Jure tamen particulari per privilegia possunt ab ipsa dispensare cum suis subditis omnes Prælati Regulares; ut patet ex concessione Sixti IV. in Bulla Maris Magni incipient. Regimini; Pauli III. incipient. Licet debuit & S. Pii V. incip. Dum ad Congregationem Cassinensem. Vide verb. Irregularitas art. 3. num. 16. & 17.
 Tertia pena est, quod durante apostasia regularis apostata existat privatus privilegiis suæ religionis; Concil. Trident. sess. 25. de Regul. c. 19. ubi expressè dicit: *Interim vero nullo privilegio suæ religionis fruatur.* Præter etiam has penas à Jure communi statutis, sunt etiam alie, ut privatio vocis activæ, & passivæ; carceris, flagellationis, jejunii, & hujusmodi, quæ diversimode à qualibet religione in particulari pro suis apostatis sunt impostæ, & ideo circa istas potest quisque consulere propriæ, & particularis suæ religionis constitutiones, in quibus ferre omnibus est imposita excommunicatio ipso facto incurritur ab apostatis, & fugitivis, sive habitu retento, sive dimisso facti apostasia, aut fugati.
 Apostatas, & fugitivos recipientes, retinentes, vel occultantes, aut eis pro fuga, & apostasia consilium, aut auxilium præstantes, peccant mortaliter, & ipso facto excommunicationem incurunt, ut patet ex pluribus constitutionibus pontificis citat. à Casarub. in compendio privilegior. verb. Apostata ab ordine, ubi num. 19. signanter refert constitutionem Innocentii VIII. qua in favorem ordinis Minorum regularis observantia statuit: *ut recipientes, & desinentes hujusmodi fratres à suis conventibus sine licentia suorum Superiorum recedentes, sint ipso facto excommunicati, non obstantibus quibuscumque privilegiis, & literis apostolicis in genere, vel in specie quibuslibet locis, vel personis per Sedem Apostolicam concessis, & imposterum concedendis.* Et ferè idem statuerunt alii Pontifices pro aliis ordinibus, ut videri potest etiam apud Hyacinth. Donati tom. 1. tract. 7. q. 22. Mirandam tom. 1. quest. 51. art. 1. Pellizzar. tom. 2. tract. 8. cap. 8. sect. 4.
 Prælati seu Superiores Regulares tenentur fugitivos, seu apostatas requirere, & revocare; & eos cogere, ut ad ordinem revertantur. Sic expressè præcipitur à Gregorio IX. in cap. Ne Religiosi 24. de Regular. l. 3. t. 31. Ne Religiosi vagandi occasione habentes propriæ salutis detrimentum incurrant, & sanguis eorum de Prælatorum manibus requiratur, statimque ut Præsidentes capitulis celebrandis secundum statutum Concilii Generalis scilicet Lateranensis sub Innocentio III. c. 22. quod refertur cap. In singulis de statu Monachorum seu Pares Abbates, seu Priores fugitivos suos, & ejectiones inobedientes invenierint, eos excommunicent, & tamèdium faciant ab ecclesiis Prælati excommunicatos publice nuntiari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.
 Nec valet dicere, hunc canonem sic præcipientem fuisse consuetudine aptogatum, quia ut solidè probat Fagnan. Ferrar. Berronier. Tom. 1.

in hoc cap. Ne Religiosi de Regular. num. 4. & seq. hæc obligatio, quæ incumbit Prælati inquirendi, & reducendi fugitivos, & apostatas, oritur ex jure divino, quo tenentur omnes, quibus animarum cura commissa est, oves, suas curare, & errantes reducere; fugitivi vero, & apostate non desunt esse subditi Prælatorum regularium, ideòque consuetudo contraria non revocandi illos, cum nutriat peccatum, tam ex parte Superiorum, quam subditorum, qui extra religionem vagando, propriæ salutis detrimentum incurunt, ut dicitur in principio ipsius c. Ne Religiosi &c. non valet: Eo vel maxime quod hæc obligatio perquirendi, & reducendi ad ordinem fugitivos, & apostatas fuit renovata, & iterum imposita Superioribus regularibus de mandato Urbani VIII. à Sac. Congr. Concilii in suis decretis editis 21. Septembris 1624. in quibus §. 4. sic præcipitur: "Rursus statuit, ut fugitivi, & apostate sive habitum regularem deferant, sive non possint, ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac Superioribus regularibus consignari secundum regularia Instituta puniendi; Utque ipsi quoque Superiores teneantur (nota attente) eos perquirere, ad religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur." Quæ obligatio eos perquirendi, & ad religionem reducendi fuit iterum innovata, & confirmata ab eadem S. Congr. in decreto jussu Innocentii XII. edito 24. Julii 1694. in §. primo per hæc præcisa verba: *Quoque ad præscriptam legem sanctæ memoriæ Gregorii IX. in c. fin. de Regularib. annuatim fugitivi requirantur, & respectu cogantur ad claustra reverti.* Apostate à religione debent recipi, salva regulari disciplina, dum ponentes redeunt, non obstantibus constitutionibus prohibentibus recipi eos, qui ter apostatarunt. Sac. Cong. Episcop. & Regular. in una Carthusianorum 15. Decembris 1603.
 Apostasia à sacro ordine, & apostata ab illo dicitur, cum quis à perfectiori statu clericali, quem in manu Episcopi edito continentis voto assumpsit, ad statum laicalem, vel etiam conjugii, dimisso suo habitu propria temeritate se transfert: cap. Præterea Clerici 1. de Apostat. gloss. ibi verb. Apostasia; Hostiens. in summ. num. 1. & 2. Sanctus Thom. 2. 2. quest. 12. art. 1. in corp. Pirhing. & est in jure communi. Penæ apostasie à sacro ordine sunt sequentes. Prima est excommunicatio non lata, sed ferenda, si Clericus Apostata non contraxerit matrimonium; si vero in sacris constitutus matrimonium contraxerit, excommunicatio erit lata sententia; arg. cap. 1. de Apostat. & Clement. unic. de consanguinit. & affinit. ubi expressè habetur: "Clericos in sacris constitutos ordinibus matrimonium contrahentes refrænare metu penæ ab hujusmodi eorum temeritate a duci cupientes, ipsos excommunicationi ipso facto decernimus subjicere." Abbas in cap. 1. de Apostat. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 48. Pirhing. de Apostat. num. 5. Secunda est pena infamie, quam ipso facto incurrit, ideòque ab accusando, & testimonio ferendo repellitur, arg. c. Alieni erroris, caus. 2. quest. 8. & cap. Beatus Prædecessor, caus. 3. quest. 4. Pirhing. lib. 5. tit. 9. num. 5. Diaz. in præf. crim. c. 115. num. 2. Anaclel. lib. 5. tit. 9. num. 29. Tertia pena est Irregularitas, si Apostata à sacro ordine matrimonium contrahat, quia in tali casu esset bigamus similidungarius, cap. Nuper à nobis, & c. A nobis fuit lit. 1. tit. 21. Anaclel. lib. 5. tit. 9. de Apostat. & alii. Quarta pena, est amissio privilegii ordinis clericalis, ita ut percipientes Clericum Apostatam non incidat in canonem. "Si quis suadente caus. 17. q. 4. Sic colligitur ex cap. Præterea Clerici 5. tit. 8. de Apostat. & cap. Perpendimus, de sentent. excomm. lib. 5. tit. 39. & maxime si talis Apostata tertio monitus ab Episcopo, non respiciat, nullo privilegio clericali gaudere debet; cap. In audientia lib. 5. tit. 39. ubi de similibus Apostatis expressè dicitur; *De privilegio Clericorum subditum aliquod habere non debent.* Abbas in cap. 2. §. 5. & 6. de Apostat. Farinac. tract. de heresi quest. 183. num. 127. Pirhing. loc. cit. num. 51. Quinta pena est, quod rates Apostate, qui nec minis, nec blanditiis induci possunt ad reassumendum abjectum habitum, possint ab Episcopis duro carceri mancipari, ut expressè habetur in cap. A nobis 4. §. 1. 9. de Apostatis: *Tales si voluerint, poterit sub*

gravi custodia carcerare, ita quod solummodo vita sibi...

(Fere cum penis praedictis conveniunt disposita, in...

Apostata, & fugitivi regulares quomodo absolvantur...

Non obstantibus &c. Ut autem &c. Noli ergo &c.

Gravis est questio illa, quam obiter examinat Auctor...

BENEDICTUS EPISCOPUS. PASTORIS aeterni vices, licet immeriti, gerentes in...

»dio celebramus, pietatis Nostrae viscera erga Regulares...

»Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum...

»In questione de qua agit Auctor. n. 23. & sequent.

»Ricciulli. de jur. perion. extr. gem. existent. lib. 6.

materia ab hispanicis ordinationibus determinatam ut...

»Apostolus idem est ac latine Missus, Concil. Aquiligran...

»Apostoli omnes a Christo ordinati sunt sacerdotes, &...

»13 Ordo a Seculo traditus fundatur in sacra scriptura...

»Apostolus idem est ac latine Missus, Concil. Aquiligran...

»Apostoli omnes a Christo ordinati sunt sacerdotes, &...

APOSTOLUS.

SUMMARIUM.

- 1 Apostolus idem est ac latine Missus. 2 Apostoli omnes fuerunt baptizati Baptismo Christi. 3 Apostolus Petrus inter ipsos fuit baptizatus a Christo...

»13 Ordo a Seculo traditus fundatur in sacra scriptura...

BIBLIOTECA CENTRAL